



**Libri// Officialis// Sive Agendae S./ Ecclesiae Treverensis  
Pars// Prior**

**Jakob <III., Trier, Erzbischof>**

**Avgvstae Treverorvm, 1574**

**VD16 A 766**

Præcatio in nuptijs Bigamorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72595](#)

**Matrimonii.**

CCIII

**honor, & imperium in secula seculorū.**

**Respon. Amen.**

*Postea Sacerdos dicat Euangelium secundum Ioannem cap. 1.*

**In principio erat verbum, &c.**

*Finito Euangelio det librum de osculum vtrisque, & dicat.*

**Ambulate in pace.**

**PRAECATIO IN Nuptiis BIGAMORVM.**

*Si autem sunt Bigami ambo, vel saltem sponsa non fuerit  
virgo notoriè: non curado de sposo an fuerit vir-  
go, sive non, tunc dicatur, ut sequitur,*

**Psal. CXXVII**

**B**eati omnes qui timent Dominum,  
qui ambulant in viis eius.

**L**abores manuum tuarum quia mandu-  
cabis, beatus es, & bene tibi erit.

**V**xor tua sicut vitis abundans in lateri-  
bus domus tuæ.

**F**ilii tui sicut nouellæ oliuarum in circui-  
tu mensæ tuæ.

**E**cce sic benedicitur homo qui ti-  
met

## De Sacramento

met dominum.

**B**enedicat tibi Dominus ex Sion, & videoas bona Hierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.

**V**t videoas filios filiorum tuorum, & pacem super Israel.

**G**loria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

**S**icut erat in principio, & nunc, & semper, & in secula seculorum. **Amen.**

**K**yrie eleyson. **C**hriste eleyson.

**K**yrie eleyson. **P**ater noster.

**V**er. **E**t ne nos inducas in tentationē.

**R**es. **S**ed libera nos à malo.

**V**er. **M**anda Deus virtuti tuæ.

**R**espon. **C**onfirmā hoc quod operatus es in eis.

**V**er. **S**aluum fac seruum tuum, & ancillam tuam.

**R**espon. **D**eus meus sperantes in te.

**V**er. **M**itte eis auxilium de sancto.

**R**espon. **E**t de Syon tuere eos.

**V**er.

## De Sacramento

CCV

**Versicul.** Domine exaudi orationem  
meam.

**Respon** Et clamor meus ad te veniat.

### Oratio.

Præte de quæsumus Domine fidelibus  
tuis dexteram cælestis auxilii, vt te to-  
to corde perquirant, & quæ digne po-  
stulant, aſsequantur. Per Christum Do-  
minum nostrum. Amen.

## INSTRVCTIO DE SA- CRAMENTO MATRI.

### Quid sit Matrimonium.

**M**atrimonium est Sacmentum in quo est legitima viri fæmi-  
nae, coniunctio ad consuetudinem vitæ indiuiduam, diuinitus  
instituta.

### Materia.

**M**ateriæ loco sunt, vir & fæmina, qui matrimonium contrahunt,  
ſicut in reliquis contractibus materiam dicimus, de quo fit con-  
tractus, vt cum domus emitur, emptionis materia est domus. Ita, quia  
in contractu matrimonij, vir & fæmina tradunt inter ſe mutuam cor-  
porum potestatem, ipſi contrahentes & Sacmentum matrimonij  
contrahunt, & materia ſunt Sacmenti.

S

FOR-